

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 34. Literæ Innocentii ad Academiam Parisiensem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

Sæcul. XV. antequam connubium iniret, morte præ.  
A.C. 1405. venta decessit.

## §. XXXIV.

*Literæ Innocentii ad Academiam  
Parisiensem.*

*Spicil. Da-* Academia Parisiensis jam Mense No-  
*cher. tom.* vembri superioris anni binis literis ad  
*VI pag. 171.* Innocentium VII datis ipsum ad restau-  
randam Ecclesiae pacem adhortata est, cui Papa die decima septima Februa-  
rii anno millesimo quadringentesimo quinto rescribens significat, se Concilium  
coacturum, in quo de optimis schisma  
extinguendi modis conserretur; eun-  
demque in finem jam sese ad Reges, Prin-  
cipes, & universos Europæ status en-  
cyclicas dedisse epistolas, quibus eos, ut  
ad futuram Synodus suos quoque Ora-  
tores ablegarent, monuissest. Quia vero  
Parisiensis universitas in suis ad Innocen-  
tium literis conquesta erat, quod Ro-  
mana Curia cessionis viam a Benedicti  
Legatis Bonifacio, ejusque Cardinalibus  
oblatam respuerit, Pontifex omnia in hac  
legatione gesta, necnon & horum Orato-  
rum ac Benedicti perfidiam ingenue in  
suis responsoriis exposuit, declaravitque,  
hos nunquam de cessione, sed solum-  
modo de mutuo quodam congressu egisse,  
quem

quem ipse omnino rejecisset, cum sibi per- Sæcul. XV.  
A.C. 1405.  
suasum haberet, ejusmodi colloquium  
nil nisi solitum æmuli sui artificium esse,  
quo omnibus illudere, ac inanes ad  
frustrandum pacis negotiū moras ne-  
ctere studeret.

## §. XXXV.

*Innocentii excusatio de repulsa Legatis  
Benedicti data.*

Insuper in eadem epistola exponit, Car-  
dinales, antequam Conclave, ubi ele-  
ctus esset, intraffenit, ex Legatis ad Bo-  
nifacium paucis ante ejus obitum diebus  
a Benedicto missis, sciscitatos fuisse, ut  
rum mandato ad cedendum Papatu a  
Domino suo instructi essent? eisque a to-  
to sacro Collegio fidem fuisse datam, se  
in hoc casu ad novam electionem nulla-  
tenus processuros; Legatis autem man-  
dati defectum allegantibus demum Car-  
dinales enixe petiisse, ut oratores ex suo  
coetu aliquem ad Benedictum ablegarent,  
cui cedendi auctoritas, per syngrapham  
committeretur; cum vero Legati re-  
spondissent, Benedictum ab ejusmodi ab-  
dicatione omnino abhorrente, utpote æ-  
quitati oppido contraria, Cardinales ele-  
ctionem haud ultra differendam esse cen-  
suisse. Tandem Innocentius Cardinales  
fuos,